

III. Item PIUS PAPA I. [c. an. 158. Roma.]

Arreptiui, vel Epileptici sacris altaribus non ministrant.

Communitur h. s. diffinitus, ut nullus de iis, qui aut in terram arrepti a demonibus eliduntur, aut quolibet modo vexationis incursum esserunt, vel sacris audeant altaribus ministrare, vel indiscusse se ingerant Sacramentis Divinis, exceptis illis, qui corporis incommoditatibus delecti, sine huiusmodi passionibus in terram probantur elisi: qui tamen & ipsi tandem erunt ab Officii sui ordine, & loco suspenso, quousque unius anni spatium per discretiorem Episcopi inveniatur ab incursum demonum liberati.

PIUS. Communitur. Non est in Epist. Pii, quae unica extat.

IV. Item NICOLAUS PAPA I. [c. an. 865. Roma in Germaniam.]

Lerici k qui in adolescentia a demonibus cognoscuntur obfessi, ad superiorem sacri regiminis gradum ascendere non possunt.

CORR. ROM. Simile quiddam habetur in Concilio Arausico l. c. 16. Ivo citat Nicolaum Aluino Iovanni Archiepiscopo, ad quem etiam fortasse scribitur c. quorumdam, infra, dist. 34.

V. GELASIUS PAPA I. Epist. ad universos Episcopos per Lucaniam constitutos c. 21. [an. 494. Roma in Lucaniam, &c.]

Uisque adeo sanè comperimus illicita quaque prorumpere, ut demonibus, similibusque passionibus irretitis Ministeria sacrosancta tractare tribuatur. Quibus si in hoc opere positus, aliquid propria necessitate occurrat, quis fidelium de sua salute confidat, ubi Ministros ipsos curantibus humanae, tanta prospexerit calamitate vexari? Atque ideo necessario removendi sunt, ne quibuslibet, pro quibus Christus est mortuus, scandalum generetur in his. Postremo, si corpore faciatum fuerit, aut debilem nequaquam sancta contingere Lex divina permittit, quanto magis domi caelestis dispensatores esse non convenit (quod est deturbi) mente percussos?

Utriusque admodum sanè comperimus illicita quaque prorumpere, ut demonibus, similibusque passionibus irretitis Ministeria sacrosancta tractare tribuatur. Quibus si in hoc opere positus, aliquid propria necessitate occurrat, quis fidelium de sua salute confidat, ubi Ministros ipsos curantibus humanae, tanta prospexerit calamitate vexari? Atque ideo necessario removendi sunt, ne quibuslibet, pro quibus Christus est mortuus, scandalum generetur in his. Postremo, si corpore faciatum fuerit, aut debilem nequaquam sancta contingere Lex divina permittit, quanto magis domi caelestis dispensatores esse non convenit (quod est deturbi) mente percussos?

PIUS. Utriusque. Refert Crescon. Irretitis, Crescon. Quis, Crescon. MS. quis de sua fidelium salute. Prosperavit. V. C. perspexerit.

VI. Item INNOCENTIUS PAPA I. Felici Episcopo Nucerno, Epist. 4. c. 4. [an. 402. Roma in Umbriam.]

Qui tempore Baptismi uxores habent, si postea religiose vixerint, Clerici fieri non prohibentur.

Aici n, qui habentes uxores baptizati sunt, ac sic se instituerunt, ut opinio eorum in nullo vacillet, ut aut Clericis juncti sint, aut Monasteriis, ex quo baptizati sunt, adhererint; non concubinam, non pellicem noverint; si in omnibus bonis operibus vigilaverint; non prohibentur huiusmodi ad Clericatus sortem assumi.

PIUS. Concubinam. V. C. concubam.

CETERUM ante susceptum sacrum Ordinem quosdam legitimus concubinam habuisse; quos tamen sacri Canones non rejiciunt, si post sacrum Ordinem ab ejus committione sese immaculatos custodiunt. Unde

VII. GREGORIUS I. Andreae Tarantino Episcopo, l. 2. Epist. 44. live c. 83. [an. 592. Roma in Calabriam Ultrivorem.]

De quadam Episcopo, qui ante sui Episcopatus apicem concubinam habuit.

Abuisse te concubinam manifesta veritate comperimus; de qua etiam contraria est quibusdam nata suspicio. Sed quia in rebus ambiguis absolutum non debet esse iudicium, hoc tuae conscientiae eligimus committendum. Quae de te, si in sacro Ordine constitutus ejus te permissione esse recois maculatum; Sacerdotii honore deposito, ad ministrandum nullo modo praesumas accedere; sciturus in anima tuae periculo te ministrare, & Deo nostro te sine dubio reddere rationem; si huius sceleris conficius in eo, quo es Ordine, celans veritatem permanere volueris.

CORR. ROM. a Comperimus. Sequebatur, & te illius criminis participationem habere, quae verba sunt etiam in editione operum B. Gregorii Frobeniana. Verum sublati sunt, quoniam abfunt & ab aliis editionibus, & a ceteris Collectoribus, & a Joanne Diacono, lib. 3. num. 43. vite ejusdem Gregorii, omninoque sententiam perturbant.

PIUS. Comperimus. Sequebatur, & te illius criminis participationem habere, quae verba sunt etiam in editione operum B. Gregorii Frobeniana. Verum sublati sunt, quoniam abfunt & ab aliis editionibus, & a ceteris Collectoribus, & a Joanne Diacono, lib. 3. num. 43. vite ejusdem Gregorii, omninoque sententiam perturbant.

EPISCOPUS MULIERUM CONSORTIA VITET: DIGAMUS, ET QUI PRÆTER UXOREM HABUIT CONCUBINAM, NON ORDINETUR.

DISTINCTIO XXXIV.

DOMESTICARUM quoque personarum immoderatam familiaritatem Episcopum vitare oportet. Unde

NICOLAUS PAPA I. ad Albinum a. Ar. al. Alvinum. Archiepiscopus. [c. an. 865. Roma in Germaniam.]

Eriam Consanguinearum immoderatam familiaritatem Episcopum vitare oportet.

Quorundam relatione fidelium, nostris auribus intimatum est, quod Lanfredus Episcopus, qui & juvenis esse dicitur, venationi sit deditus: quod vitium plurimos etiam de Clericali catalogo, genere dumtaxat Germanos, & Gallos irreverenter implicat. Verum iste (si ita est, ut audivimus) merito juvenis dicitur, qui juvenilibus desideriis occupatus, nulla gravitate constringitur. Nulla femina (ut Beatus dicit Hieronymus) venatorem nunquam legitimus Sanctum. Nihilominus autem de hoc Episcopo relatum est Apostolatum nostrum, quod cum quadam filia sua immoderatam tenet familiaritatem, & ob id mala fama ei orta sit: pro qua re a Sanctitate tua, ceterisque Coepiscopis suis communitus, atque correptus est; sed nullatenus emendatus: quae res in hoc maxime displicet, & magis, ac magis detestior de se reddit opinio: in quo beatitudinis tuae, & ceterorum Coepiscoporum suorum rationibus non obedit, & per inobedientiam in culpam Protoplasti relabatur. Oportet ergo Fratritatem tuam Synodalem cum Episcopis, & Suffraganeis tuis convocare Concilium; & hunc salutaribus eloquiis Episcopum convenire; atque illi Pastoralis auctoritate praecipere, quatenus ab omnium bestiarum vel volucrum venatione penitus alienus existat; atque ab immoderata filiae suae familiaritate semet omnino coercet. Quod si parere contempserit, & tam pro venationis declinatione, quam pro immoderata filiae suae conversatione vitanda vobis admomentibus obedire distulerit, a vestro Collegio excommunicatus abscedat. Quod si in hoc contumax adhuc apparuerit, a ministerio cessare debet.

PIUS. Ad Albinum. ad Alvinum Archiepiscopi. Ceterorum. Absit a V. C. Tuis. V. C. suis.

II. EX CONCILIO AURELIANENSI a IV. Extr. de Cler. ven. c. 1. [imò Agathensi, an. 506. in Gallia.]

P A L E A.

Episcopum, Presbyterum, aut Diaconum canes ad venandum, aut accipitres, aut huiusmodi res habere non licet. Quod si quis talium personarum in hac voluptate sapius detentus fuerit, si Episcopus est, tribus mensibus a communione suspendatur; Diaconus vero ab omni officio, & communione suspendatur.

CORR. ROM. a Aurelianensi. Hec Palea etiam in Decretalibus tit. de Cleric. ven. c. 1. citatur ex Concilio Aurelianensi, & in Pannormia ec. c. 8. Sed in Aurelianensibus, quae extant, non est inventa. Burchardus, & Ivo p. 6. c. 288. citant ex Meldensi. Eadem vero sententia est in Agathensi, c. 55. (quod etiam citat Ivo p. 5. c. 366. & p. 13. c. 30.) & in Epauensi, c. 3.

A communione. In Decretalibus legitur: a communione, si Presbyter, duobus; si Diaconus, ab omni officio suspendatur. Apud Burchardum est, se a communione suspendatur, Presbyter duobus; Diaconus uno ab omni officio, & a communione suspendatur: neque multo aliter apud Ivo, p. 6. & in Concilio Epauensi. In Agathensi autem, & apud Ivo, p. 5. c. 366. & p. 13. c. 30. & in Epauensi, c. 3.

PIUS. Episcopum. V. C. duo: Episcopis, Presbyteris, aut Diaconis. Ant huiusmodi. desunt in V. C. Licet. V. C. liceat.

In hac voluntate. Est verò hoc Caput ex Agathensi Synodo, sicut adnotatum erat ad marginem in meo Exemplari, ex quo & altero legendum: se a Communione suspendatur, Presbyter duobus mensibus se abstineat, Diaconus uno ab omni officio vel Communione cessabit.

III. EX BODENSI a [forte ex Synodo Franckica sub Zacharia Papa, c. 2. an. 742. in Cler. ven. c. 2. Germaniam.]

P A L E A.

Omibus servis Dei venationes, & sylvas vagationes cum canibus; & ut accipitres, aut falcones habeant, interdicitur.

CORR. ROM. Hec etiam Palea habetur eod. tit. de Cler. Burch. l. 2. c. 214. Ivo, p. 6. c. 289. al. fatigationes.

ven. c. 2. Ubi ex eodem Concilio Aurelianensi citatur; quemadmodum & apud Burchardum; & Ivo. Sententia istem penè verbis est in Synodo Franca sub Zacharia Papa, quae & Conciliorum tomis est inserta, & habetur lib. 5. Capitulum c. 2. & manuscrita etiam inter Epistolas Zachariae in Codice saepe memorato Monasterii Dominicanorum.

CONCUBINA autem hic ea intelligitur, quae cessantibus legalibus instrumentis unita est, & conjugal affectu afficitur; hanc conjugem facit affectus, concubinam verò lex nominat. De hac dicitur

IV. IN CONCILIO TOLETANO I. c. 17. [an. 400. in Hispania.]

Qui non habet uxorem, sed loco illius concubinam, a communione non repellitur.

Ivo, p. 8. c. 64. Pann. l. 6. c. 49. al. tantum.

IS, qui non habet uxorem, & pro uxore concubinam habet, a communione non repellitur; tamen, ut unus mulieris, aut concubinae sit conjunctione contentus.

CORR. ROM. a Is, qui non. Integer Concilii Canon, qui apud Ivo, quoque, & in Pannormia referatur, est hic: Si quis habens uxorem fidelis, concubinam habeat, non communitur. Ceterum is, qui non habet uxorem, pro uxore concubinam habet, a communione non repellitur; tamen, ut unus mulieris, aut uxoris, aut concubinae (ut ei placuerit) sit conjunctione contentus. Alias uxoris abiciatur, donec desinat, & ad penitentiam revertatur. Neque verò omne concubinatum genus eo tempore permittitur. De quibus quid in Legibus gentium Imperatorum legatur, nihil opus est referre. Certè Justinianus novella 18. c. 5. (ut est apud Julianum Antecessorem) quoddam concubinam comparat quodammodo uxori; quae sine dotalium tabularum solennitate ducta fuerant. Ad quod concubinatum genus referendum est, quod scribit B. Augustinus in libro de bono conjugali, & referatur infra xxxii. q. 2. c. soler. In quibus hac tria erant necessaria: primum, ut uterque esset solutus; deinde fides mutua, quod alteri non jungeretur, neque a procreatione filiorum abhorrerent: tertium, ut utique ad mortem in ea vite conjunctione manendum sibi proponerent. Et in his quidem scribit B. Augustinus posse aliquo modo dici, nuptias esse, & connubium; quamvis sic habitum non audeat appellare uxorem; quia non intervererunt instrumenta dotalia, & alia, quae Jure Civili, & Canonico requirebantur, ut esset legitima uxor: quod habetur in praedicta novella 18. & infra xxx. q. 5. c. aliter. Itaque huiusmodi mulieres, cum non essent uxores, vocabantur concubinae: sed ob illa tria, ac praecipue, quod in affectu maritali permanere statuerunt, permittitur ipsis communicare; habebanturque tamquam uxores minus solenniter ductae. Et hoc est, quod hic, & in sequenti capite dicitur, pro uxore, & loco uxoris habere concubinam: idque Gratianus ipse ad finem capituli antecedentis, §. concubina. indicavit. Nam concubinatum ad tempus adhibitum, etiam si filiorum procreandorum causa haberetur, plane illicitus erat concubinatus: quod afferit idem B. Augustinus, c. audite, infra. ead. & in eodem lib. de bono conjugali, cap. concubinae. infra xxxii. q. 2.

PIUS. Concubinae. Addit C. V. uti ei placuerit.

al. Confortia.

V. Item ISIDORUS de Distantia novi, & veteris Testamenti. [c. an. 628. in Hispania.]

De eodem.

Christiano non dicam plurimas, sed nec duas simul habere licitum est, nisi unam tantum, aut uxorem, aut certe loco uxoris, (si conjunx deest) concubinam.

VI. EX DICTIS AUGUSTINI in lib. 5. Homiliarum, homilia 49. [c. an. 425. in Africa.]

P A L E A.

Audite charissimi membra Christi, & matris Catholicae Ecclesiae filii. Quod dico Competentibus, & Fidelibus, audiant Penitentes. Quod dico Fidelibus, dico & Competentibus, & Penitentibus. Audiant Catechumeni; audiant omnes, omnes timeant; nemo contemnat: sit mihi in consolationem vester auditus, ne vobis sit in testimonium dolor meus. Competentibus dico; fornicari vobis non licet: sufficient vobis uxores; & audiat Deus, si vos furdi estis: audiant Angeli, si vos contemnitis. Concubinas vobis habere non licet: & si non habetis uxores; tamen non licet vobis habere concubinas, quas postea dimittat, & ducat uxores: tantò magis damnatio vobis erit, si volueritis habere uxores & concubinas.

CORR. ROM. a Competentibus. Hoc loco verba sunt ex originali in suum ordinem restituta. Qui autem vocarentur Competentes, declarat B. Augustinus in Sermone ad Competentes, atque intelligi etiam potest ex eodem B. Augustino alibi, & ex aliis.

Uxores. In hac praecipue parte non fuit relata propria verba B. Augustini: sed nonnulla omisit, ac mutata. Nam ipse ita scribit: sufficient vobis uxores, aut nec uxores: concubinas vobis habere non licet: Audiat Deus, si vos furdi estis: audiant Angeli ejus, si vos contemnitis: concubinas vobis habere non licet: si audiant Competentes,

quod dico Fidelibus, non habetis uxores, non licet vobis habere concubinas, quas postea ducat uxores, quanto magis damnatio vobis erit, si habere volueritis & concubinas, & uxores dimittat. CONTIUS. Competentibus. Sic dicebantur hi qui post instructionem fidei competeant gratiam Christi. Isidor. lib. 7. Etymolog. cap. 14.

CETERUM, si non talis concubina fuerit, & atas illius, de quo agitur, futura incontinentiae suspitionem auferre dignoscitur; Apostolica concessione ad ordinem Diaconatus proventi potest. Unde scribit

VII. PLAGIUS PAPA II. Florentino Episcopo. [c. an. 580. Roma in Hetruriam.]

Qui post mortem uxoris habuerit de ancilla filios, Diaconus fieri permittitur.

FRaternitatis tuae relatione suscepta, ejus Latorem secundas quidem nuptias expertum non fuisse didicimus; castitatem tamen eum priori non servasse conjugio designasti. Et quamvis multa sint, quae in huiusmodi casibus observari canonice jubeat sublimitatis auctoritas; tamen quia defectus nostrorum temporum, quibus non solum merita, sed corpora ipsa hominum detecerunt, districtio- nis illius non patitur, in omnibus manere censuram, & atas istius, de quo agitur, futura incontinentiae suspitionem auferre dignoscitur; ut ad Diaconatum possit proventi, temporum, ut dictum est, condendentibus defectui concessisse nos noveris. infra. §. 1. Micenam verò ancillam ejus, de qua se post transiit uxoris filios habere confessus est, jubemus ut tua dispositione cuiquam Monasterio continentiam professura tradatur.

CORR. ROM. a Tradatur. Apud Anselmum sequitur: ut meliori sorte ad quod promoetur officium, sub bona possit fama merito ministrare; nec aliqua opinionis ejus maculanda reimpuratur occasio: neque multo aliter in Polycarpo.

PIUS. Pelagius. Non est Pelagius I. Quia &c. V. C. quia defectu nostri temporis non solum merita, sed & corpora, &c.

Passivi. V. C. passivi.

Hoc ex dispensatione misericordiae: ceterum ex rigore disciplinae intelligitur illud

VIII. AURELIANENSIS a CONCILII. [imò Gerundenis c. 8. an. 517. in Hispania.]

Non admittatur ad Clerum, qui praeter uxorem, aliam cognoverit.

SI quis de Laicis post uxorem, aliam cujuscumque conditionis cognoverit mulierem, in Clerum nullatenus admittatur.

CORR. ROM. a Aurelianensi. Hac ad verbum habentur in Concilio Gerundenis, c. 8.

QUOD ergo de pellice, & meretrice apud Gregorium, & Innocentium scribitur; propter spem futurae incontinentiae constitutum creditur: quia difficile continentiam servat, qui se illicito concubitu maculare non metuit. Vel prohibetur ordinari, qui pellicem, vel meretricem cognoverit maritali affectu: vel quia corrupta flos virginitalis amiserit; vel quia meretrici non delinit, licet in uxorem ducatur. Utrumque enim, impedimentum culibet praestat, quò minus ad sacros Ordines pertingere valeat. Unde scribit dicens

IX. HILARIUS PAPA in Synodo Romana, c. 2. [an. 465. Roma.]

Qui virginem non duxit uxorem, ad sacros Ordines non accedat.

URandum ergo in primis est, ne ad sacros Ordines (sicut gestis prioribus ante praescriptum est) quisquam, qui uxorem non virginem duxit, aspiret.

X. Item GREGORIUS I. Urbis Romanae Praeful Squilacino Episcopo, Epist. lib. 2. Epist. 25. [an. 591. Roma in Calabriam.]

Bigamus, vel penitens, corpore vitiatu, literas ignorans, curia vel conditioni obnoxius, Clericus non fiat.

PRaeicipimus, ne umquam illicitas Ordinationes facias; nec bigamum, aut qui virginem non est sortitus uxorem, aut ignorantem literas, vel in qualibet parte corporis vitiatum, vel penitentiae, vel curiae, aut culibet conditioni obnoxium ad sacros Ordines permittas accedere: sed si quos huiusmodi repereris, non audeas promovere.

XI. Item IN NEOCESARIENSI CONCILIO, c. 8. [an. 314. in Cappadocia.]

Non fiat Sacerdos, cujus uxorem evidenter constat adulterium admisisse.

SI cujus uxorem adulterium commisisse, cum esset Laicus, evidenter fuerit comprobatum; hic ad ministerium Ecclesiasticum admitti non potest. Quod si in Clericatu jam eo constituto, adulteravit, dato repudio dimittere eum debet. Si verò retinere ejus consortium velit, non potest suscepto ministerio perfui.

PIUS. Evidenter. Absit a V. C.